

## Emendationes ad Schema Decreti "De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia"

Ad n. 3:

pag. 6, lin. 1: Substituatur verbum "partes", pro "oves"; substituatur verbum "peculiaris" pro "particularis". Cf. rationem infra.

Ad n. 6:

8, 14: Substituatur verbum "peculiarium" pro "particularium"; cf. infra.

8, 15: Loco "quippe quae unius Ecclesiae Christi sint partes", dicatur "quippe quae unam Ecclesiam Christi constituant". Cf. infra.

Ad titulum Cap. II:

10: Substituatur verbum "peculiares" pro verbo "particulares".

Ratio istarum emendationum est quod dioecesis non est "pars" Ecclesiae, sed vera Ecclesia particularis. Insuper verbum "peculiaris" videtur insinuare differentias inter diversas Ecclesias (rituum, iuris, etc.).

Addi potest quod si dioeceses dicuntur Ecclesiae "particulares" melius solvit difficultas Episcoporum orientalium, qui dicunt nos sic loqui ac si Ecclesia latina fuerit sola "universalis".

Ad n. 11:

10, 1s: Definitio dioeceseos mutanda omnino est ob rationem superius allatam. Nostram facimus definitionem a 108 Episcopis ex Brasilia propositam et lectam in Congregatione Generali ab E.D. A. Rossi, die 21 Septembris.

Ad n. 12:

## PATRIMONIO UC

10, 18: Proponitur ut scribatur "...hominibus annuntient imprimis Regnum Dei, quod in ...". Ratio: Locutio "finem supernaturalem" nimis sapit scholam; mutatio proposita, e converso, magis in Ss. Litteris innititur.

10, 20s: Proponitur "...viam itemque quae divinitus revelata est ad beatitudinem ...". Ratio: Ut stylus magis biblicus evadat.

10, 23s: Scribatur: "...ad hominum salutem conferre." Ratio: ad usurpandam theologiam biblicam.

Ad n. 13:

11, 8: Post verba "doctrinam christianam", addatur "proponant" et". Ratio: Ut magis inculcetur officium personale Episcopi. Insuper videtur in hoc numero deesse perspectiva praedicationis ad non-christianos, quod est pars maximi momenti muneris episcopaloris, ut videri potest in Litt. Encycl. "Fidei donum". Textus habet perspectivam magis "christianitatis" quam "missionis".

Ad n. 15:

12, 12: Omittatur verbum "universalis" et loquatur simpliciter de "Ecclesiae sensus". Ratio: Ut vitetur interpretatio quod Ecclesia universalis aliud sit ab Ecclesia particulari.

Ad n. 18 ter:

Quoad problema de Episcoporum nominatione Episcopi subsignati adhaerent propositioni E.D. González Moralejo in 86a. Congregatione Generali factae, inquantum scilicet necessaria censetur consultatio et Conferentiae Episcopalis Ditionis, et, quatenus opportunum sit, sive Presbyterii diecenses, ~~mimimum~~ sive laicorum magis qualificatorum in re religiosa.

Ad n. 29:

18, 24: Post verbum "reservationis" addatur "etiam Sanctae Sedi". Ratio: Quia hodie iam aboletae sunt rationes talium reservationum; et sic facilior evadit actio pastoralis Episcoporum.

Ad n. 33:

21, 2: Tollatur verbum "legitime". Ratio: Acta Conferentiae supponi debent legitima, donec contrarium probetur. Hic, e contra, acta videntur indigere comprobatione legitimatis antequam a religiosis acceptentur, quod absonum est.

Ad n. 42:

25, 28: Addantur haec verba: "Constitutiones omnium familiarum religiosarum, quae operibus apostolicis incumbunt, ad principia in hoc Decreto contenta adamussim et quam citius accomodentur". Ratio: Ut vitentur contradictiones et prava consectaria pro conscientia religiosorum qui anxiarentur inter normam Concilii et normas Constitutionum.

Nota bene: Supralaudatae emendationes approbatae fuerunt a Patribus quorum nomina in annexo elenco recensentur.

Romae, d. 25 Septembris 1964

**PATRIMONIO UC**

+ Radulfus, Card. Silva Henriquez,  
Archiepps. S. Iacobi in Chilia.-

Ex Chilia:

Iosephus Valle, Epps. Aux. Iquiquen.  
Franciscus Valenzuela, Epps. Antofagast.  
Franciscus Fresno, Epps. Copiapen.  
Josephus Castro, Epps. S. Philippi  
Aemilius Tagle, Archiepps. Vallisparad.  
Radulfus Silva, Epps. Aux. Rancaguen.  
Emmanuel Larrain, Epps. Talcen.  
Augustus Salinas, Epps. Linaren.  
Emmanuel Sánchez, Archiepps. Ss. Concep.  
Carlos Oviedo, Epps. Aux. Ss. Conceptionis  
Aloysius Yáñez, Epps. S. Mariae Angelor.  
Gulielmus Hartl, Epps. Tit. Estratonicen.  
Emmanuel Santos, Epps. Valdivien.  
Bernardinus Piñera, Epps. Temucen.  
Alexander Duran, Epps. Ancudiae  
Alexander Menchaca, Epps. Tit. Pinaren.  
Franciscus Gillmore, Epps. Tit. Auzien.  
Raimundus Salas, Prael. Null. Aricen.

Ex Bolivia:

Armandus Guttiérrez, Epps. Aux. Pacen.  
Georgius Manrique, Epps. Oruren.

Ex Paraguay:

Philippus Benitez, Epps. Tit. Chersonen.  
Raimundus Bogarin, Epps. S. Ioann. a Miss.  
Hannibal Maricevich, Epps. Coadi. Villaricen.  
Aemilius Sosa, Epps. Tit. Segentinus.

Ex Mexico:

Sergius Méndez, Epps. Cuernavacen.

Ex Uruguay:

Michael Balaguer, Epps. Tit. Cast. Min.  
Henricus Cabrera, Epps. Merceden.  
Robertus Cáceres, Epps. Melen.  
Marcellus Mendiharat, Coadi. Salten.  
Orestes Nutti, Epps. Canelonen.  
Carolus Partelli, Epps. Tacuarembó  
Alafridus Viola, Epps. Salten.

Ex Aequatoria:

Victor Garaygordobil, Epps. Tit. Pudent.